



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio  
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,  
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam  
Confessionem amplectuntur**

**Lipsiæ, 1606**

V. De Baptismo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35443**

#### *IV. De Euangelio.*

**N**VNC ad Euangelium redibimus, quod non uno modo consulit & auxiliatur nobis contra peccatum. Deus enim superabundanter diues & liberalis est gratia & bonitate sua, primum per verbum vocale, quo iubet praedicari remissionem peccatorum in vniuerso mundo. Et hoc est proprium officium Euangelij. Secundò per Baptismum. Tertiò per venerandum sacramentum Altaris. Quartò per potestatē clauium, atq; etiam per mutuum colloquium & consolacionem fratrum. Matth. 18. Vbi duo aut tres fuerint congregati, &c.

#### *V. De Baptismo.*

**B**APTISMVS nihil est aliud, quam Verbum Dei: cum mersione in aquam, secundum ipsius institutionem & mandatum, siue, ut Paulus inquit, lauacrum in verbo, sicut & Augustinus ait: Accedat verbum ad elementum, & fit sacramentum. Quare non sentimus cum Thoma & monachis praedicatoribus seu Dominicanis, qui verbi & institutionis Dei oblitū dicunt, Deum spiritualem virtutem aquæ contulisse & indidisse, quæ peccatum per aquam abluit. Non etiam facimus cum Scoto & Minoritis seu Monachis Franciscanis, qui docent, baptismo ablui peccatum ex assistentia diuinæ voluntatis, & hanc ablutionem fieri tantum per Dei voluntatem, & minimè per verbum & aquam.

*Ephes. 5.*

De pædobaptismo docemus, Infantes esse baptizandos. Pertinent enim ad promissam redemptionem per Christum factam. Et Ecclesia debet illis baptisum, & promissionis illius annunciationem.

XV

VI. De